



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. VII. De Hæreticis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

data excommunicationem ob hæresim latam quatuor condiciones requiruntur. Primò, ut quis sit hæreticus verus, & formalis, non tantum materialis, qui non pertinaciter contra fidem aliquid asserit, *n. 16.* Secundò requiritur, ut quis hæresim internam, sive mentalem verbis, aut alijs signis externis manifestet, *n. 17.* Tertiò, ut actus externus, per quem hæresis interna manifestatur, sit ex se mortaliter malus, & non tantum prout substat actui interno, & ab illo procedat, *n. 18.* Quartò, ut hæresis interna exterius manifestetur, animo eam profitendi, *n. 19.* Præterea excommunicantur in Bulla Cænæ Domini omnes, qui hæreticorum libros hæresim continent, vel de Religione tractantes, sine auctoritate Papæ, scilicet legunt, aut retinent, & eos imprimunt: nam quando auctor damnatur, libri quoque ejus, ac opera etiam alijs bona damnata censentur, *c. Fraternitati, 4. h. t. n. 20.* quæ requirantur ad prædictam excommunicationem Bullæ Cænæ incurrendam, *n. eod.* Alia etiam excommunicatio lata est in eos, qui legunt libros prohibitos in Indice librorum, quæ tamen non est reservata Papæ, *n. 21.*

§. II. *Quæ communicatio Catholicis cum hæreticis sit prohibita, vel permissa, & an, ac quando sit vitanda tanquam excommunicati?*

Quær. I. An Jure Divino hæretici sint vitandi in rebus Divinis? Resp. esse vitandos in tribus casibus expressis, *n. 22.* Quær. 2. Quinam hæretici, & in quibus rebus sint vitandi à Catholicis Jure Canonico? Resp. soli illi sunt vitandi, qui nominatim sunt denunciati, non solum hæretici, sed etiam excommunicati, aut notorij percussores Clericorum, juxta Constitutionem Constantiensem *Ad evitanda Martini V. num. 23.* Hinc inferitur primò, licitum esse Catholicis, præsertim in locis, ubi permixti sunt cum hæreticis, civilia commercia cum eis inire. Secundò, simul cum eis orare, & rem Divinam, ac Conciones cum eis audire, & funus ad sepeliendum comitari. Tertiò, Templâ hæreticorum adire, & in eis preces fundere, ritu Catholico, modò absit scandalum, & periculum propriæ perversionis, *n. 24.* Est autem illicitum Catholicis à Parochis & Episcopis hæreticis Sacramenta recipere, sive Baptismi, extra casum necessitatis, sive Eucharistiæ, sive pœnitentiæ, sive alia, si ritu hæretico ministrantur, *num. 25.* Item illicitum est Catholicis contrahere matrimonium cum hæreticis, quamvis sit validum, excusari tamen possunt à peccato, ratione consuetudinis, dummodo pericula, & incommoda absint, quæ inde sequi solent, *cit. n. 25.* Licitum est etiam Catholico in prædictis locis, filium hæretici à Baptismo suscipere, si ritu Catholico ministratur. Item possunt filij hæreticorum admitti ad Scholas Catholicorum, *num. 26.*

§. III. *An liceat disputare de fide cum hæreticis, vel alijs, & quando, ac quomodo, & an etiam licitum sit laicis prædicare?*

ASSERTIO I. Laici interdictum est de fide Catholica disputare, sub pœna excommunicationis, *c. 2. §. Inhibemus, h. t. in 6. n. 27.* Idque extenditur primò, ut laici etiam docti de fide disputare non possint. Secundò, quod etiam Clericis Regularibus non sit licitum disputare de fide cum hæreticis. Tertiò, neque doctis Clericis coram simplicioribus, *cit.*

Tomus V.

num. 27. Limitatur autem primò, quod licitum sit disputare cum hæreticis de fide etiam publice ad defensionem fidei. Secundò, non est prohibitum de controversijs fidei disputare doctis Theologis inter seipso, vel coram firmis in fide, etiam exercitij gratiâ. Tertiò, etiam laicus disputare potest cum hæretico, in casu magnæ necessitatis, vel utilitatis. Laici præsertim docti in locis, ubi Catholici cū hæreticis sunt permixti, non peccant, nec excommunicationem incurrunt, etsi cum hæreticis disputent de fide, Excommunicatio autem decreta in laicos disputantes de fide, non incurritur ipso facto, sed per sententiam Judicis, *n. 28.* Assert. 2. Laici etiam prædicare est interdictum, & Sacerdotes reprehendere, *c. Cum ex injuncto, 12. h. t. n. 29.* Idem prohibetur laicis in *c. Sicut, 14. h. t. n. 30.* Et universum excommunicantur omnes, qui prohibiti, & non missi à Sede Apostolica, vel Episcopo Catholico prædicationis officium usurpare, præsumperint, *c. Excommunicamus, 13. §. Quia vero, h. t. n. 31.*

§. IV. *An aliquando excommunicati propter suspicionem de hæresi, tanquam hæretici condemnari possint?*

Si suspectus de hæresi se debite non purgat, excommunicari debet, & si per annum in excommunicatione existat, ut hæreticus condemnandus est, *c. Excommunicamus, 13. §. Qui autem, h. t. n. 32.* Idem statuitur in *c. Ad abolendam, 9. §. Quia vero, eod.* Est autem sic suspectus de hæresi, si per annum in excommunicatione persistat, ipso jure, absque alia sententia Judicis, habendus ut hæreticus, *cit. n. 32.* Similiter si suspectus de hæresi vocatus ab Inquisitoribus, ut de fide respondeat, & ob id, quod fuit contumax in parendo, vel se abscondendo, fuit excommunicatus, si per annum in ea persistit, ex tunc condemnatur tanquam hæreticus, *c. Cum contumacia, 7. h. t. in 6. num. 33.* Quæ requirantur, ut suspectus de fide condemnari possit tanquam hæreticus, *n. 34.* An excommunicatus propter suspicionem de hæresi, persistens in excommunicatione, etiam post annum possit allegare, & probare suam innocentiam, *cit. n. 34.* Per quos gradus deveniatur ad condemnationem suspecti de hæresi, *n. 35.* Si suspectus de hæresi, post annum elapsum, se sistat in judicio, & non solum purget suspicionem criminis, sed etiam contumaciam, omnem pœnam effugiet, *cit. num. 35.* Qui propter aliud crimen, præter hæresim v. g. perjurium fuit excommunicatus, & in excommunicatione per annum permansit, habetur pro confesso, & convicto de illo crimine, *cit. n. 35.* Excommunicatus ob aliam causam, quæ ad fidem non pertinet, si per annum in excommunicatione contumaciter persistat, non quidem potest haberi pro confesso, & convicto hæretico, est tamen suspectus de hæresi, *n. 36.* perseverans in excommunicatione, etiam lata ob causam civilem, post annum habetur pro suspecto de hæresi. Item excommunicatus ob quamcunque causam criminalem, vel civilem, & in excommunicatione persistens ultra annum, dignitatibus, & beneficijs privandus est, *cit. n. 36.*

§. V. *De absolutione ab hæresi, & excommunicatione ei annexa.*

Non solum excommunicatio, sed etiam ipsum crimen, seu peccatum hæresis est per se, & immediate

A a a a

diatè

gligant, per Censuram Ecclesiasticam compellantur, nec alia bona amplius revertuntur ad prædictos hæreticos, nisi ipsi ad fidem redierint, & hæresim abnegaverint; tunc enim ex misericordia poterit hoc iis condonari: nam cum secundum Leges Civiles filii reorum læsæ Majestatis amittant hereditatem, vitæ solum iis reservatæ: multo magis filii hæreticorum, qui Rei sunt læsæ Majestatis Divinæ, spoliandi sunt bonis temporalibus, quia gravis est æternam ac Divinam, quam temporalem lædere Majestatem: præsertim quia in multis casibus filii pro parentibus temporaliter puniuntur, c. *Vergentis*. 10. h. t. n. 56. Propter paterni criminis immanitatem, quandoque puniri possunt filii temporaliter, regulariter tamen filius non debet puniri ob crimen patris maxime in spiritualibus: bona hæreticorum confiscantur, ita ut nec Catholicis hæreticorum filii aliquid relinquendum sit, n. 57. Præterea in c. *Excommunicamus*. 13. §. *Damnati*, h. t. statuitur, quod bona damnatorum de hæresi, si sint Laici, confiscantur; si Clerici, applicantur Ecclesiis, à quibus stipendia acceperunt, n. 58. Denique bona hæreticorum sunt ipso jure confiscata, sed occupatio bonorum non debet fieri ante sententiam promulgatam ab Episcopo, vel ab alia persona Ecclesiastica habente ad id potestatem: si enim qui contrahit incestuosas nuptias; vel raptos, contradicentibus parentibus, vel qui illicitas merces transvehunt, privantur iisdem rebus, ipso jure; multo magis bona hæreticorum ipso jure sunt confiscata, c. *Cum secundum*. 19. h. t. in 6. num. 59. & 60. Bona autem hæreticorum confiscantur, etiam si primum post mortem de hæresi fuerint convicti, & condemnati, c. *Accusatus*. 8. §. *In eo verò casu*, h. t. in 6. cit. num. 60. Quer. 2. An hæreticus, cujus bona, ob crimen hæresis, ipso jure, sunt confiscata, à die commissi criminis, ipso facto, etiam amittat dominum, & administrationem omnium bonorum, eaque ad fiscum transeat? Resp. Probabilis est, non amitti ipso facto, ante sententiam declaratoriam criminis, n. 61. Ponuntur duæ exceptiones, n. eod. Hinc infertur, quod hæretici, alique, quorum bona sunt confiscata, non tenentur, ante Judicis sententiam, saltem declaratoriam, in foro conscientie tradere bona sua, num. 62. Porro sub absoluta bonorum confiscatione propter hæresim, ipso jure, factâ comprehenduntur omnia bona, mobilia & immobilia hæretici, imò etiam jura, & actiones, cit. num. 62, in fine.

§. IV. An dotes uxorum confiscentur, propter hæresim maritorum?

Resp. Dotes uxorum Catholicarum non confiscantur propter hæresim maritorum, si, quando contraxerunt matrimonium, nesciebant, illos esse hæreticos, n. 63. Non solum autem dos, sed etiam bona paraphernalia, & quæcunque alia bona propria uxoris non confiscantur, propter hæresim mariti, n. 64. Nec usufructus dotis, qui percipitur ex aliis bonis uxoris. Et non tantum in donatione inter vivos, sed etiam mortis causâ factâ inter conjuges, non habet locum confiscatio bonorum, cit. n. 64. Excipitur, nisi uxores scienter nubant viris hæreticis; tunc enim privantur dote non ipso jure, sed per sententiam Judicis, n. 65. Neque verò hæc pœna amissionis dotis est extendenda ad alia bona non dotalia, n. 66. Ne-

que vice versâ, vir Catholicus scienter contrahens matrimonium cum hæretica, incurrit similem pœnam amissionis bonorum, n. 67.

§. V. Cui applicari debeant bona, tum Clericorum, tum laicorum, confiscata propter hæresim?

ASSERTIO I. Bona Clericorum propria, & patrimonialia, propter hæresim eorum confiscantur, eaque applicanda sunt fisco Ecclesiæ, & Episcopi in pios usus distribuenda, si ipse Clericus non habeat stipendium ab alia Ecclesiâ, idque spectato Jure communi, & seculis consuetudine; idemque est de bonis Clericorum quasi patrimonialibus, num. 68. Aff. 2. Bona Clericorum acquisita, ratione beneficii Ecclesiastici, non transeunt ad fiscum Episcopi, sed applicari debent Ecclesiæ, cui interserunt, c. *Excommunicamus*. 13. §. *Damnatus*, h. t. n. 69. Aff. 3. Bona Ecclesiæ, ut domus, prædia, ac similia, ex quibus Clerici redditus beneficii percipiunt, non confiscantur, ob hæresim Clericorum, qui illa possident, & Judex illa confiscans, ipso jure, excommunicationem incurrit, clem. 2. h. t. Ubi præcipitur, ut deputati ab Inquisitore, vel Episcopo aut Capitulo, Sede vacante, ab aliquo, prætextu Officii Inquisitionis, non extorqueant pecuniam, nec attentent fisco applicare bona Ecclesiæ, ob delictum Clericorum, sub pœna excommunicationis lætæ sententiæ, à qua non absolvantur, nisi plenè satisfecerint dominis. Notarii verò, Officiales, & locii, qui hoc fecerint, illos in secreto reprehendant, & corrigant, & si probare possint, denuncient Superioribus, qui tales ab Officiis amoveant, n. 70. Explicatur, & declaratur, num. 71. Aff. 4. De jure communi Canonico, bona laicorum hæreticorum confiscata in Terris Ecclesiæ, applicantur fisco Ecclesiæ, in Terris verò Imperii fisco seculari, c. *Vergentis*. 10. h. t. n. 72. & seq. Hodie verò circa applicationem bonorum confiscatorum ob hæresim servari debent consuetudines locorum, modò rationabiles sint, n. 73. in fine.

§. VI. De inhabilitate ad testandum, & hereditariam successionem, quam incurrit hæretici.

Quer. 1. An hæreticus possit testamentum facere? Resp. Negativè, c. *Excommunicamus*. 13. §. *Credentes*, h. t. Idque extenditur primò, ut sit ipso jure nullum, etiam ante sententiam criminis declaratoriam, quamvis etiam probabile sit, quod non sit ipso jure nullum, ita tamen ut per subsequentem sententiam revocari possit. Secundò, neque ad pias causas possunt testari hæretici, neque testamentum ab ipsis factum reconvalescit post pœnitentiam, n. 74. Quer. 2. An hæreticus sit capax successionis hereditariæ? Resp. Hæreticus privatur successione hereditatis, tam ex testamento, quam ab intestato, c. *Excommunicamus*. 13. §. *Credentes*, h. t. Est etiam incapax legati ex testamento ipsi relictæ, n. 75. An hæreticus ita privetur hereditate sibi delatâ, ut statim post crimen commissum, sit incapax ad succedendum, cit. n. 75. Quando hæreticus sit incapax hereditatis aut legati, ita ut ea confiscentur, vel capax, cit. num. 75. in fine. Quer. 3. An, & sub qua pœna prohibetur sit hæreticos instituere hæredes in testamento? Resp. Id esse prohibitum sub pœna excommunicationis Episcopis, c. *Si quis*. 5. h. t. n. 76. Similiter Episcopi, & Clerici instituentes hæreticos in testamento, excommunicari debent, c. *In eos*. 6. h. t. Nisi institu-

stituens hæreticos probabiliter ignorârit eos esse hæreticos, n. 77. Hinc sequitur, quod quis etiam post mortem possit excommunicari, n. 78. Ubi id declaratur, quomodo sit intelligendum. An Episcopus, vel Clericus possit instituere hæredem Catholicum, n. eod. in fine.

§. VII. De quibusdam juribus temporalibus, quibus privantur hæretici.

ASSERTIO I. Hæretici amittunt patriam potestatem in filios, ita ut statim, ante omnem sententiam declaratoriam Judicis, filii fiant sui juris, absque alia emancipatione, c. 2. §. fin. h. t. in 6. n. 79. Hæc autem pœna non extenditur ad receptatores, defensores, & fautores hæreticorum, n. eod. Aff. 2. Hæretici privantur etiam potestate domini in servos, vassallos, & jure, quod habent in alios personaliter sibi obligatos, c. ult. h. t. num. 80. Hinc infertur primò, servos effici liberos ab obsequio domini, non quidem statim ipso jure, sed post sententiam declaratoriam criminis; & quidem servi Christiani, & Catholici omnino fiunt liberi: servi verò infideles, & hæretici transeunt in dominium fisci, n. 81. Infertur secundò, omnes debitores hæretici, etque obligati, à quocunque debito, & obligatione liberantur, & quidem ipso jure ante sententiam condemnatoriam, vel declaratoriam criminis, modò hæresis sit manifesta, n. 82. Quamvis etiam valde probabile sit, quod debitores, ante sententiam saltem declaratoriam criminis, possint ac teneantur ipsis hæreticis solvere debita, n. eod. Secundò omnes debitores hæretici sunt liberati ab omni debito, seu obligatione etiam pœnali, & jurata. Tertiò, licet hæreticus rescipiscat, non tamen obligationes, & debita jam extincta recipit, num. eod. Infertur tertiò, quòd hæreticis non sit servanda fides, si à privatis personis sit data, secus si à Principe, num. 83. Prædictæ pœnæ privationis patriæ potestatis, & aliorum temporalium jurium non habent locum in Lutheranis Augustanæ confessionis in Germania, num. eod.

§. VIII. De pœna degradationis infligenda hæreticis.

Quid sit degradatio, & quotplex, num. 84. Quær. 1. An, & quando Clericus ob hæresim sit degradandus? Resp. Clericus manifestè deprehensus in hæresi, nisi statim suum errorem publicè abjurerit, & congruam satisfactionem præstiterit, degradari debet, id est, omni Officio, & beneficio spoliari, & tradi potestati seculari puniendus, c. Ad abolendam. 9. §. Præsent. h. t. n. 85. Explicatur, & declaratur, num. 86. Quær. 2. Quâ formâ, & à quo sit Clericus hæreticus degradandus, antequam tradatur Curie seculari? Resp. Quando Clericus in Sacris constitutus, propter crimen hæresis est tradendus brachio seculari, vel ad perpetuum carcerem condemnandus, sufficit solus ejus Episcopus ad eum degradandum, convocatis Abbatibus, & aliis Prælatibus, & Religiosis ac Litteratis suæ Diocesis, si ita expedire judicaverit, c. 1. h. t. in 6. num. 87. Clericus in Sacris constitutus in hæresim lapsus prius est degradandus, num. 88. Et quamvis tales Clerici de jure communi debeant actualiter degradari, ex consuetudine tamen tantum degradantur verbaliter, n. 89. Quinam debeant convocari ad hujusmodi degradationes, n. eod.

§. IX. Quæ pœnæ corporales infligi debent, ac sint hæreticis, & an etiam pœnæ pecuniariæ imponi possint?

ASSERTIO I. Pœnæ quæ hæreticis pœnibus imponi possunt, est carcer perpetuus, & excommunicamus. 15. §. Si quis, h. t. Quinam hæretici pœnitentes damnati possint ad perpetuum carcerem, n. 91. Possunt Inquisitores fidei cum Episcopis pœnæ carceris perpetui mitigare ex iusta causa, n. eod. c. Vi commissi. 12. §. Et illorum, h. t. in 6. c. an. 91. Neque debet carcer ita actus esse, ut per illum non incarcerati notabiliter abbrevietur, n. eod. Hæretici impenitentes, & persistentes in pœnitentia, vel mortis afficiuntur, n. 92. Aff. 2. Inquisitores pœnæ laicis, & Clericis imponere pœnæ pecuniariæ applicandam Officio inquisitionis, 93.

§. X. De relapsis in hæresim, terminus pœnæ.

Quær. 1. Quinam in jure Canonico hæresim relapsi censentur, & quibus ac quæ pœnæ infliguntur relapsi? Resp. Relapsi in hæresim, veluti verè ac propriè relapsi, vel fidei solam, vel pœnitentiæ summptione. Priores sunt, qui confitendo, aut pœnitentiæ convicti de hæresi in judicio, non obviaverunt, & postea in eam reinciderunt. A revidendo censetur primò, qui accusatus est de hæresi, vel denunciatus, abjuravit in judicio hæresim, sed postea iterum in eam labitur, & tanquam relapsus pœnitetur. Quod si verò levis, & modica tantum in hac quo suspicio, non censetur relapsus, sed lapsus, gravius est puniendus, non tamen tanquam relapsus, c. Accusatus. 8. in prin. h. t. in 6. n. 94. Secundò, quis primò non simpliciter aut generaliter, sed tantum hæresis speciem incurrit, & deinde impenitenter ac generaliter abjurat hæresim: sed postea iterum articulo aut Sacramento errat, censetur jam pœnitentiæ, ut relapsus in hæresim, c. c. Accusatus. Eum verò h. t. in 6. n. 95. Tertiò, ille quoque, qui lapsus in hæresim, ante vel post abjuratorem stat, si postea hæreticos recipiat, deducit, n. eod. vel sibi associet, vel munera eis donec aut nonnullum favorem impendat, qui excusati non possunt, etiam ne approbatione, meritò judicatur ut relapsus, id sit ex consequentia approbati erroris, c. c. Accusatus. §. Ille quoque, num. 96. Quær. 2. Quæ iure decreta in hæreticos relapsos? Resp. Illi, qui abjuratorem hæresis, vel postquam se purgaverunt in examine proprii Episcopi, deprehenduntur, & didisse in abjuratam hæresim, seculari judicio, vel la penitus audientia, relinqui debent, c. Ad abolendam. 9. §. Illos quoque, h. t. n. 97. Similiter qui abjuraverunt errorem, vel se purgaverunt in examine proprii Antistitis, & reincidunt in abjuratam hæresim, sine audientia, seculari judicio relinqui debent, etiam si convertantur: quia tamen Ecclesia non claudit suum gremium redeunti, non debet illi pœnæ Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ denegare, Super eo. 4. h. t. in 6. n. 98.

§. XI. De filiis hæreticorum, & de receptatoribus, defensoribus, & fautoribus eorumdem, ac pœnis.

§. I. Quas pœnas incurrant filii hæreticorum? Prima pœna est, quòd filii etiam Catholici, privantur hæreditate, & omnibus bonis paternis, c. 1. h. t. in 6. n. 99.

gentis. 10. h. t. & c. pen. eod. in 6. quamvis possint succedere ab intestato, vel ex testamento ascendentibus, ut avo, proavo &c. & consanguineis collateralibus, & extraneis Catholicis, n. 99. Extenditur primò, quòd filij legitimi, & illegitimi, ac naturales priventur paternâ hereditate. Secundò, filij dote solvendâ ex bonis patris hæretici. Tertiò, filij privantur etiam hereditate propter hæresim matris. Quartò, etiam nepotes, & alij descendentes per lineam paternam, & maternam privantur hereditate paternâ, & maternâ, n. 100. Limitatur primò, filij hæreticorum pœnitentium non privantur hereditate paternâ, c. Statutum. 15. §. Hoc sanè, h. t. in 6. neq; si eorum pater solum fuit suspectus de hæresi, non autem confessus, aut convictus. Neque pater puniatur propter hæresim filij, cit. n. 100. Secunda pœna in filios hæreticorum, imò & fautorum, defensorum &c. decreta est, quòd sint irregulares, ita ut ad SS. Ordines promoveri non possint filij & nepotes eorum per lineam paternam, soli verò filij per lineam maternam, c. 2. §. Hæretici juncto. c. Statutum. 15. h. t. in 6. n. 101. Tertia pœna est, quòd hæretici fautores, & defensores eorum sunt privandi, & privati declarandi dignitatibus, & beneficiis Ecclesiasticis, de consilio Diœcesanorum, vel eis absentibus, Vicariorum suorum, & officij publicis, & honoribus quibuscunque, nisi constaret, quòd Diœcesani scienter hujusmodi personis eadem beneficia concessissent; tunc enim non sunt requirendi, sed potius à suo Judice, scilicet Metropolitano puniendi, c. Ut commissi. 12. §. Privandi. h. t. in 6. n. 102. Cur non possint Clerici privari beneficiis, non requiritur consilio Diœcesanorum, vel Vicariorum eorundem ipsi Episcopis absentibus, n. 103. Præterea filij hæreticorum, credentium, receptorum, defensorum, & fautorum, per lineam paternam, usque ad secundum gradum, per maternam verò usque ad primum, non possunt obtinere beneficia, & officia Ecclesiastica, si secus actum fuerit, est irritum & inane, c. Statutum. 15. h. t. in 6. n. 104. Id verò intelligendum est de filijs hæreticorum, credentium, & aliorum hujusmodi, quos constat in hæresi mortuos esse; secus quando constat eos fuisse emendatos, & reconciliatos Ecclesiæ, & ad mandatum Ecclesiæ penitentiam pro culpa egisse, vel ad eam recipiendam paratos fuisse, cit. c. Statutum. §. Hoc sanè, eod. in 6. n. 105. Aliud est de filijs hæreticorum relapsorum, etsi pœnitentes, & conversi decesserint: nam quamvis hi ad Ecclesiæ Sacramenta recipiantur, eorum tamen filij adhuc remanent privati beneficiis, & inhabiles ad alia obtinenda, cit. num. 105. Item filij hæreticorum non sunt ipso jure privati, nec per sententiam privandi beneficiis jam obtentis, ante lapsum parentum eorum in hæresim, sed solis postea obtentis, c. 2. §. Hæretici. h. t. in 6. nisi filij hæreticorum scienter obtinuerint beneficia ad preces patris hæretici, cit. c. 2. §. Ad hæc. eod. in 6. n. 106. Addunt aliqui aliam pœnam, quam videtur filij hæreticorum, & fautorum eorundem, videlicet infamiam. Sed contrarium est probabilius, quia nullo jure ea Statuta reperiuntur in filios hæreticorum, n. 107.

§. II. Quinam intelligantur per credentes, receptores, defensores, & fautores hæreticorum, & quæ sint pœnæ eorum?

ASSERTIO I. Credentes hæreticis dicuntur primò, ij, qui bonam existimationem de hæretico habent, & familiaritatem ei exhibent, quamvis erroribus hæreticorum non assentiantur. Secundò, magis propriè, qui eorum erroribus credunt, non quidem explicitè, assentiendo in particulari erroribus propositis ab hæreticis, nam hi potius sunt hæretici, sed implicitè solum, & in communi, qui nihil quidem specialiter, & in particulari credunt contra fidem, verbis tamen, vel factis profitentur, se credere, quod hæretici credunt, n. 108. Etiam illi, qui in infirmitate ab hæreticis per manus impositionem consolationem petiverunt, & receperunt, inter illos, qui dicuntur credentes hæreticis, censendi sunt, c. Filij. 3. h. t. in 6. n. 109. declaratur, n. 110. Credentes hæreticis censentur etiam illi in foro externo, qui aliquoties hæreticorum conciones audiunt, quamvis hoc non procedat in locis, in quibus Catholici cum hæreticis permixti vivunt, n. 111. Assert. 2. Receptores hæreticorum appellantur illi, qui recipiunt hæreticos, ne in manus Judicum veniant, idque sive sapius, sive semel tantum: etiam si quis recipiat consanguineum suum, vel amicum, ne in manus Judicis deveniat; vel etiam parentes, si recipiant filios hæreticos, vel filios, vel conjux conjugem, n. 112. Assert. 3. Defensores hæreticorum dicuntur, si quis errores hæreticorum defendat, vel si defendat personam propter hæresim, ne in manus Judicis deveniat, sive defendat in judicio, sive extra illud, n. 113. Assert. 4. Fautores hæreticorum censentur, qui quovis modo hæreticis auxilium præstant, vel favent in sua hæresi, positivè, sive commissione: vel negativè, sive omissione, n. 114. Assert. 5. Credentes, receptores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi, & alijs pœnis subijciuntur expressis in c. Excommunicamus. 13. §. Credentes. h. t. n. 115. Præterea in eod. cap. §. Sanè, præcipitur, ut nemo eis administret Sacramenta, nec eos Christianæ tradat sepulture, nec accipiat eleemosynas, aut oblationes eorum, alioquin privetur suo officio, ad quod non erit restituendus, sine speciali indulto Sedis Apostolicæ: & si sint Regulares, non serventur eorum privilegia in illa Diœcesi, cit. num. 115. quando non incurrantur hæc pœnæ, num. 116. Advocati, & Notarii, qui hæreticis, & eorum fautoribus auxilium, vel consilium, favorem, aut patrocinium præstant, vel si Instrumenta publica pro ipsis facere præsumperint, sunt suspensi ab officio, & perpetuò infames, c. Si Adversus. 11. h. t. num. 117. & seq.

§. III. De pœnis eorum, qui sunt negligentes in puniendis, & exterminandis hæreticis.

Rectores, & Consules Civitatum, & aliorum locorum communiti ab Episcopo jurare debent corporaliter promittendo, quòd requisiti fideliter adjuvabunt Ecclesiam contra hæreticos, & complices: quòd si hoc observare noluerint, honoribus, quos habent, privandi sunt, nec ad alios assumendi, & excommunicari, ac eorum Terræ interdici debent. Item Civitas, quæ contra communionem Episcopi negligit punire hæreticos, communionem aliarum Civitatum privari debet, ac Episcopali dignitate spoliari. Si qui verò sunt exempti ab Episcopo, & soli Papæ subiecti, in his tamen, quæ sunt statuta contra hæreti-

hæreticos, debent Episcopis tanquam delegatis Sedis Apostolicæ obedire, non obstantibus privilegijs, c. *Ad abolendam*, 9. §. *Statuimus*, h. t. n. 119. Præterea Magistratus sæculares perpetui, vel temporales jurare debent, quod omnes hæreticos ab Ecclesia damnatos pro viribus expellere studebunt. Si verò Dominus temporalis monitus Terram suam ab hæreticis purgare neglexerit, excommunicetur, & si perstiterit in excommunicatione per annum denunciandus est Papæ, qui vasallos ejus à juramento absolvat, & Terram ipsius Catholicis occupandam exponat, cit. c. *Excommunicamus*, 13. §. *Moneantur autem*, h. t. ubi etiam in fine additur, quod qui contra hæreticos Crucem assumpserint ad eos exterminandos, gaudeant privilegijs concessis proficiscentibus in subsidium Terræ sanctæ, §. *Catholici*, eod. c. n. 120. Insuper quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus per se, vel per alias personas idoneas, saltem semel in anno visitare debet Diocesim, in qua fama est habitare hæreticos, vel aliquos improbos viros, qui etiam, si hoc expedire videbitur, viciniam compellant jurare, ut si quos hæreticos sciverint, vel occulta conventicula celebrantes, eos Episcopo indicent, qui nisi se purgaverint ab objecto reatu, vel si post purgationem relabantur in pristinam perfidiam, Canonicè puniantur: si verò obstinatè renuerint jurare, ut hæretici condemnentur, cit. c. *Excommunicamus*, §. *Adjicimus*, h. t. n. 121. Denique Episcopus negligens in hæresi exterminanda, à dignitate Episcopali est removendus, & alius idoneus substituendus, cit. c. *Excommunicamus*, §. *ult.* cit. n. 121. Postremò præcipitur in c. *Ut Officium*, 11. §. *Statuimus* prope finem, h. t. in 6. Ut Rectores seculares requisiti à Diocesanis, vel Vicarijs eorum, aut ab Inquisitoribus jurent observare, & facere observari à suis subditis, toto tempore regiminis, Constitutiones editas contra hæreticos, & fautores eorum, aliàs sint infames, & officio sui regiminis priventur, nec ad alia admittantur, num. 122.

SECTIO V. De Judicibus, & processu judiciario observando in crimine hæresis.

§. I. Quinam sint competentes Iudices Ordinarij in crimine hæresis, & an etiam Iudices seculares possint de illo cognoscere, vel se immiscere?

ASSERTIO I. S. Pontifex est supremus Judex in crimine hæresis, qui solus potest judicare, an aliquod dogma sit hæresis, vel non. Secundò, Legatus Papæ à Latere de jure communi est quidem Judex competens, sed de consuetudine non solet se ingerere, sine speciali commissione Papæ, n. 123. Tertiò, Episcopus est ordinarius Judex omnium hæreticorum suæ Diocesis, sive illi Clerici sint, sive laici, & quidem quoad exemptos à jurisdictione Episcopi ipse potest cognoscere de crimine hæresis, non ut Judex ordinarius, sed ut delegatus Papæ, c. *Ad abolendam*, 9. §. *fin.* h. t. n. 124. Vicarius Generalis Episcopi non est Judex competens in crimine hæresis, sine speciali commissione Episcopi, cit. n. 124. Quartò, Capitulum, Sede vacante, potest cognoscere de crimine hæresis, sed non nisi per Vicarium specialiter ad id deputatum, Clement. 1. §. *Propter quod*, h. t. num. 125. Alii. 2. Principes sæculares, eorumque Iudices nullo modo cognoscere possunt de crimine hæresis, etiam contra laicos, quia est Ecclesiasticum, c. *Ut inquisi-*

tionis

tionis, 18. h. t. in 6. ubi præcipitur, ut Dominici porales non resiliant Episcopis & Inquisitoribus omnino pateant, & de hoc crimine non cogitent aliàs puniendi sunt, n. 126. Debent Iudices laici sine dilatione exequi sententiam Iudicis Ecclesiastici in hæreticos, eoque punire, non 127. Non potest à sententia lata contra hæreticum appellari, c. *Inquisitionis*, §. *Unque*, de hæresi, h. t. in 6. ubi etiam ter dicitur appellatio, quamvis à sententia lata, toria, ante sententiam definitivam, possit appellari, cit. n. 127. Judex secularis nec præcipitur, nec potest cidenter potest cognoscere de crimine hæresis, n. 127. prohibetur etiam omnibus, ne judicium, processum, vel sententiam Diocesanorum, vel Inquisitorum, directè vel indirectè impedire perant, alioquin excommunicationem incurrit, c. *De Inquisitionis*, §. *Prohibemus*, cit. n. 127. Officia cujus Regni, Provincie, vel loci, cum sint excommunicati, & de facto tantum, non de jure habent jurisdictionem: possunt tamen, & debent negotia ab Ordinarijs Inquisitoribus, vel eorum delegatis contra hæreticos, vel eorum fautores, & defensores exercere Justitiam, & suum officium, sine preiudicio moræ ad Superiores legitimos recurri non possunt, c. *Præsidentes*, 6. h. t. in 6. n. 128. Principes & Iudices seculares non possunt Statuta condere, quæ non valent, per quæ directè vel indirectè impeditur, vel retardatur officium inquisitionis contra hæreticos, c. *Statutum*, 9. h. t. in 6. n. 129.

§. II. De Inquisitoribus fidei, & eorum Officio potestate.

Præter ordinarios Iudices in crimine hæresis sunt & alij, quibus à Sede Apostolica Officium inquirendi, & in hæreticos animadvertendi est commissum, qui Inquisitores fidei, seu Sedis Apostolicæ appellantur, qui cognoscere possunt, non tantum hæresi, sed etiam de articulis ab ea dependentibus, n. 130. Quar. 1. An Inquisitorum jurisdictionis ordinaria, an delegata? Resp. esse Iudices non ordinarios, sed delegatos, c. *Ne aliqui*, 10. h. t. in 6. & per dem delegatos ad universitatem causarum, n. 131. Qu. 2. Qualis ætas requiratur in Inquisitoribus? Resp. ut annum ætatis XL. attingent, c. *Quædam*, si Inquisitor ab alio, quam à Papa sit deputatus, n. 132. Qu. 3. Contra quos & quomodo Inquisitores procedere possint? Resp. quando plures Inquisitores, vel singuli seorsim, vel conjunctim possunt inquirere, & procedere contra hæreticos, & defensores, c. *Unque*, de hæresi, h. t. in 6. ubi etiam præcipitur, ut Inquisitores, qui cognoscere possunt, tunc enim reliqui non possunt de illa cognoscere, n. 133. Item si quis ex hæreticis, vel eorum fautoribus redire voluerit ad Ecclesiæ unitatem, Inquisitoribus redire voluerit ad Ecclesiæ unitatem, Inquisitoribus ei absolutionem impendant, & soletter procedant, Divino postposito procedant, & soletter procedant, ne abjuratæ hæresi, redeuntes ad unitatem Ecclesiæ, & sic decipiant ipsos Inquisitores, c. *Ut Officium*, & ibi Gl. in casu. Præterea Inquisitores habent liberam facultatem, Prædicatores, & alios, ut stuariorum, monitore præmissa, per censuram Ecclesiasticam, & appellatione remota, compellere ad inhibendū à prædicationis officio, c. *Ut Officium*, §. *Compescendi*, h. t. in 6. quæ omnia exequenda sunt.

sitor potest invocare auxilium brachii secularis, contra impedientes officium inquisitionis, non obstantibus privilegiis quibuscunque, *c. Vi Officium. §. Denique. h. t. in 6. cit. n. 133.* Quær. 4. Contra quos Inquisitores in causa hæresis non possunt procedere? Resp. Inquisitores deputati à Sede Apostolica, & aliis quibilibet, non possunt inquirere de hæresi, vel procedere contra Episcopos, nisi in Litteris commissionis id exprimitur. Si tamen Inquisitores sciverint, Episcopos, vel iis Superiores commississe crimen hæresis, aut esse diffamatos, aut suspectos de hoc, tenentur eos denunciare Sedi Apostolicæ, *c. Inquisitores. 16. h. t. in 6. n. 134.* Declaratur, *n. 135.* Secundò, Inquisitores Sancti Officii, & Ordinarii, seu Diocesani, seu quicumque alii Judices, ordinarii, vel delegati contra Officiales, seu Nuncios Sedis Apostolicæ non procedant, nec promulgent censuram aliquam, sine speciali licentia Papæ, alioquin si quid fuerit attentatum, id est irritum. Debet tamen si Nuncii aut Officiales Papæ aliquid indebitè attentent, Ordinarii, & Inquisitores Papam informare, ut super eo de remedio opportuno provideat, *Extravag. 3. & ult. h. t. Inter communes, n. 136.* Tertiò, nec Episcopus, seu Ordinarius, nec alius Inquisitor potest procedere contra Inquisitores hæreticos, vel de hæresi suspectos, *cit. n. 136.* Inquisitores fidei possunt procedere, & inquirere etiam contra Judæos, & infideles, qui spontè facti sunt Christiani, licet in infantia fuerint baptizati, vel metu mortis, non tamen absolute coacti, si postea à fide iterum deficiant, tanquam hæretici sunt puniendi, si fuerint de hoc confessi aut convicti, *c. Contra. 13. h. t. in 6. n. 137.* Idque declaratur, *n. 138.* §. III. An Inquisitores fidei possint cognoscere de causis, sive criminalibus, sive civilibus, præter causas hæresis, & quæ hæresim concernunt?

Resp. Regulariter non possunt, & in specie non debent se intromittere, nec punire exercentes divinationes, & sortilegia, nisi manifestè hæresim sapiant, sed eos suis iudiciis puniendos relinquunt, *n. 139.* Præterea Inquisitores se non possunt intromittere in causis usurarium etiam contra illos, quibus injunxerunt restitutionem usurarum, & illi obligarunt se, & sua bona, *c. Accusatus. 8. §. De questionibus. h. t. in 6. n. 140.* Possunt tamen Inquisitores compellere hæreses fautores hæreticorum, qui tamen hæretici non erant, ad implendam pœnitentiam injunctam in bonis temporalibus: secus si mortui sint ante impletam pœnitentiam; tunc enim hæres debet cogi ad implendam talem pœnitentiam, *cit. c. Accusatus. §. Si vero: post mortem verò hæretici, declarari potest eum fuisse hæreticum, & confiscari bona, cit. c. §. In eo verò casu. h. t. n. 140. & 141.* Denique Clerici, qui negotium inquisitionis reperti fuerint impedire, per Inquisitores debitè pœnâ castigandi sunt, Religiosi verò gravius sunt puniendi, *cit. c. Accusatus. §. fin. h. t. in 6. n. 142.*

§. IV. Ad quam præterea extendatur potestas Inquisitorum fidei?

Præterea Inquisitoribus, & eorum singulis facultas concessa est committendi citationes, & denunciations sententiarum, quas ferunt contra hæreticos, credentes, receptatores, defensores ac fautores eorum, *c. Vi commissi. 12. in prin. h. t. in 6. n. 143.* Possunt etiam Inquisitores, ob legitimam causam Vi-

carios Generales constituere, *cit. c. Vi commissi. num. 143.* Item data est eis potestas advocandi peritos, Clerum & populum, ut eis assistant, & consilium dent, Concessa quoque eis est potestas procedendi contra illos, qui de sua in aliam Provinciam se transulerunt. Insuper potestas faciendi, ut eis assignentur libri, in quibus continentur processus contra hæreticos facti: mitigandi quoque, vel mutandi pœnas illorum, qui obediens suis mandatis sunt in carcere, vel muro conclusi; quod tamen faciendum est simul cum Prælati, quorum jurisdictioni subsunt. Denique concessa est etiam Inquisitoribus plena facultas privandi, vel privatos declarandi hæreticos, eorumque fautores, filios ac nepotes omnibus dignitatibus, & beneficiis ac officiis publicis; de consilio tamen Diocesano, vel Vicario eorumdem, *cit. c. Vi commissi. §. ult. n. 144.* de quibus supra.

§. V. An, & quando Episcopi Diocesani, & Inquisitores, simul procedere in crimine hæresis possint, vel debeant, aut hi, sine Episcopis, & de aliis quibusdam, quæ prohibita sunt Inquisitoribus.

De priore questione agitur in *c. Per hoc. 17. h. t. in 6.* quando Papa generaliter delegat alicui negotium inquisitionis hæreticæ pravitate in Diocesi aliqua non derogat Ordinario, seu Episcopo loci, quin possit procedere in eodem negotio, auctoritate ordinariâ, vel delegatâ, si eam habeat. Item Episcopus, & Inquisitor possunt procedere communiter, vel divisim; & si divisim procedunt, tenentur communicare invicem processus: & nisi in tali casu alter alteri judicaverit deferendum, debent simul proferre sententiam, & si non conveniant, mittatur negotium sufficienter instructum ad Sedem Apostolicam. Et Episcopi, sive ordinariâ, sive delegatâ potestate procedant, servare debent in procedendo modum Inquisitoribus præscriptum, *n. 145.* Deducuntur quædam corollaria, *n. 146.* Quod dictum est in *c. Per hoc. 17. h. t. in 6.* declaratur in *Extravag. 1. eod. tit. scilicet*, quod tunc Episcopi, & Inquisitores teneantur sibi invicem communicare processus, quando procedunt se junctim, & non quando Episcopi tantum, vel Inquisitores tantum procedunt: & processus sunt communicandi in fine, quando nihil restat, nisi promulgare sententiam: secus autem est, quando alter commodè procedere non potest, nisi visis actis alterius, quia tunc semel tantum in toto negotio procedi debet, ne detur locus favendi. Additur *ibid. §. Verum*, quod Episcopus procedens propter expensas factas non potest petere partem proventuum deputatorum Officio inquisitionis ex bonis hæreticorum, sed Inquisitores illam reddant Cameræ Apostolicæ, vel cui Papa eam reddi jussit, *n. 147.* Præterea in *Clem. 1. §. Propter quod. h. t.* decernitur, quod negotium Inquisitionis tam per Diocesanos, & Inquisitores, sine omni carnali amore, odio, vel timore exerceri debet: item quæ præterea Diocesani, & Inquisitores circa negotium inquisitionis facere possint, vel non possint, & quid observandū circa muros, vel carceres hæreticorum, Custodes, & Custodum Ministros, *cit. Clem. 1. §. Sanè, n. 148. in fine.* Quid decernatur in §. Porro. *ibid. n. 149.* & quid in §. Verum. *cit. n. 149.* Explicantur, & declarantur, quæ traduntur in *cit. Clem. 1. n. 150. & seq.* Quænam præterea præ-

Bbb b

cipian-

icipiantur, & prohibeantur Episcopis, & Inquisitoribus quoad Officium Inquisitionis in *Clem. 2.* Item Notariis, Officialibus, & sociis *ibid. n. 152.* An Officium Inquisitionis hæreticæ pravitatis expiret morte Papæ concedentis? *Resp. Non* expirare etiam re adhuc integrâ, id est, nec quoad negotia nondum cœpta, vel orta, *c. Ne aliqui. 10. h. t. in 6. n. 153. Id.* quæ procedit non tantum in Inquisitoribus immediate deputatis à Papa, sed etiam in deputatis à Cardinalibus, Episcopis, Generalibus, & Provincialibus Ordinum, *n. eod.*

§. VI. Quomodo probetur crimen hæresis, & per quales testes?

Hæresis iisdem modis probatur, quibus alia crimina, & probari etiam potest per testes saltem duos, qui sufficiunt ad condemnandum reum, dummodo sint omni exceptione majores, *n. 154.* Quær. 1. Qui possint esse testes in causa fidei contra hæreticos? *Resp. Admittuntur testes alijs jure inhabiles ad testimonium ferendum, in deestationem hujus criminis.* Unde etiam excommunicati, participes, & socii criminis, aut alijs criminosi, & infames admittuntur ad testificandum contra hæreticos, credentes, fautores, receptatores, & defensores, si ex numero, & qualitate personarum, & alijs circumstantiis præsumuntur non dicere falsa, *c. In fidei. 5. h. t. n. 155.* Et quidem non solum in defectu aliarum probationum, sed etiam si non desit illarum copia, quando proceditur per viam inquisitionis, secus quando per viam accusationis, vel exceptionis. Tertio, si producantur contra hæreticum, non autem si pro defensione hæretici. Quarto, non potest contra tales excipi, quod non sint idonei. Quinto, non sunt testes integri, ideoque non sufficiunt ad condemnandum reum, nisi plures fuerint, quàm duo, *n. 156.* Quær. 2. Quinam præterea testes inhabiles admittantur in crimine hæresis? *Resp. Perjuri quoque testes esse possunt in causa hæresis, si velint corrigere suum perjurium, deponendo contra se, vel alios suos complices, dummodo ex manifestis indicibus constet, talem non ex levitate animi, odio, vel corruptione pecuniæ, sed zelo fidei suum dictum corrigere, c. Accusatus. 8. §. Licet. h. t. in 6. n. 157.* Notandum hic primò, quando testis, qui deposuit in crimine hæresis, est perjurus, statuitur secundo ejus dicto, non primo. Secundò, in causa fidei etiam hæreticus admittitur ad testificandum contra fidelem, seu Christianum. Tertio, in hoc crimine etiam admittuntur ad probationem domestici, & familiares, item consanguinei, & affines. Quarto, etiam mulieres, & minores 25. annis, modò sint pubertati proximi: item laici contra hæreticum Clericum, ac denique etiam testes de auditu, non autem inimicus capitalis contra inimicum, *n. 158.* Quær. 3. Quâ ratione examinandi, & recipiendi sint testes in causa hæresis? *Resp. In examinatione testium adhibendæ sunt duæ personæ religiose, & discretæ, in quarum præsentia per Notarium, aut per duos viros idoneos fideliter depositiones testium scribantur, c. Vt Officium. 11. §. Verum. h. t. in 6. n. 159.* Non tamen illæ personæ necessariò debent esse Ordinis religiosi, *n. eod.* Ad conscribendas depositiones testium tenentur omnes, & singuli Religiosi, si ab iis, quibus Officium inquisitionis est commissum, fuerint requisiti, & dum essent in sæculo, Officium Tabellionis

exercuerunt: conceditur etiam Religiosis quibusdam, & Clericis secularibus, qui in sæculo Tabellionis Officium exercuerunt, faculta Officium h. t. in 6. n. 160.

§. VII. Quomodo procedendum sit in causa hæresis, quis Ordo judicarius sit servandus?

In negotio Inquisitionis hæreticæ procedendum cedit potest simpliciter, & de plano, adque litem, & Judiciorum strepitum accingatur, *c. in 6. n. 161.* Item dicta testium, & accusationum publicatio, si ex publicatione timeatur quæpericulum, *c. cit. ult. §. Iubemus. h. t. in 6. n. 162.* Item permittitur, ut Episcopus, vel Inquisitor, possint indicare illis, quibus procedum haberi explicabunt, & si opus fuerit, sed præterea notificationis ipso facto incurrere, si violentiam exercuerint sic tamen ut Inquisitores Episcopum, vel Inquisitorem de causa non excommunicent, sed in remissionem sententiarum tenentur ad secretum, *c. cit. ult. §. Et ne runderem. n. 163.* Item præcipitur Episcopis, & Inquisitoribus, ut, ubi est securitas, non diserte recedant, & sic nomina supprimant, nec ubi est periculum, dicant esse securitatem, & sic nomina vulgarentur, *c. cit. ult. §. Ceterum. h. t. in 6. n. 164.* Deinde in *Clement. Ad nostrum. 3. h. t. damnamus* sedis custodiarum, & Beguinarum, & eorum errorum, & in *Extravag. 2. Inter Communes. h. t. damnamus* recitantes Jo. de Poliacobidem expressi, *n. 164.*

SERIES CAPITULORUM.

IN ANTIQUIS.	c. 16. & ult. non p. 2
c. 1. n. 5. & 6.	duobus §§.
c. 2. n. 8.	In Sexto
c. 3. n. 9.	c. 1. n. 27. & 19.
c. 4. n. 10.	c. 2. in princ. n. 54. & 10.
c. 5. n. 76. & 78.	bonum. n. 27. & 10.
c. 6. n. 77.	Hæretici. n. 49. & 10.
c. 7. n. 10.	hec. num. 51. & 10.
c. 8. in princ. n. 14. §. Si autem. n. 53.	n. 79.
c. 9. in princ. n. 11. §. Qui verò. n. 32. §. Presenti. n. 85. & seq. §. Illos quoque. num. 97. §. Statuimus. & §. fin. n. 119. & 124.	c. 3. n. 109.
c. 10. num. 56. & seq. & num. 72.	c. 4. n. 98.
c. 11. n. 117. & seq.	c. 5. n. 155. & seq.
c. 12. n. 29.	c. 6. n. 128.
c. 13. in princ. n. 13. §. Quia verò. num. 31. §. Qui autem. n. 32. §. Credentes. n. 52. & 115. & seq. §. Damnamus. n. 58. §. Damnamus. n. 69. §. Moneantur autem. & §. Catholici verò. n. 120. §. Adjiciamus. & §. ult. n. 121.	c. 7. n. 33. & duo in figuracione casu. n. 54. & 10.
c. 14. n. 30.	§. Eam verò. n. 55. & 10.
c. 15. in princ. n. 85. §. Si qui. n. 90.	Ille quoque. n. 56. & 10.
	ne. n. 139. §. Inquisitionibus. n. 140. & 10.
	verò. n. 140. §. In verò. n. 141. §. In doctes. n. 142. §. In verò. n. 157.
	c. 9. n. 129.
	c. 10. n. 153.
	c. 11. in princ. n. 111. §. Si verò. §. Compensatio. §. Denique. n. 112. & §. Verum. n. 113. & Ad conscribendas. n. 160. & §. Si non propriam. n. 121.

- c. 12. in princ. n. 143. &
 eod. c. post princ. n. 144.
 §. Privandi. num. 49.
 102. & seq. §. Et illo-
 rum. num. 91. §. ult. n.
 144.
 c. 13. n. 137.
 c. 14. n. 63. & 66.
 c. 15. in princ. n. 104. §.
 Hoc sane. n. 105.
 c. 16. n. 134.
 c. 17. n. 145. & seq.
 c. 18. n. 126. & seq.
 c. 19. num. 59. & duobus
 seqq.
 c. 20. & ult. in princ. num.
 161. §. Tabemus. num.
 162. §. Et ut eorundem.

n. 163. §. Ceterum, &
 §. fin. n. 164.

IN CLEMENTINIS.

- Clem. 1. post princ. n. 148.
 §. Propter quod. eod. n.
 & 150. §. Verum. num.
 148. 149. & 151. §. Sa-
 ne. n. 148. §. Porro. n.
 149. & §. fin. n. eod.
 Clem. 2. post princ. n. 70.
 & seq. & n. 152.
 Clem. 3. & ult. n. 165.

IN EXTRAVAGANTIBUS
Communibus.

- Extrav. 1. n. 147.
 Extrav. 2. n. 165.
 Extrav. 3. & ult. n. 136.

TITVLVS VIII.

DE SCHISMATICIS, ET ORDINA-
tis ab eis.

§. I. Quid sit Schisma, & quomodo ab heresi differat,
 & quæ sint pænæ Jure decreta in
 Schismaticos?

ASSERTIO I. Schisma est scissura, sive disjunc-
 tio, per quam quis se ab unitate Ecclesiæ separat, in
 quantum ea est quoddam Corpus Mysticum ex uni-
 versis fidelibus velut membris, & Romano Pontifi-
 ce, tanquam Capite constans, num. 1. Assert. 2.
 Schisma differt ab heresi in eo, quia heresis per se, ac
 directè opponitur fidei, ejus doctrinam negando;
 schisma verò charitati repugnat, Ecclesiæ unitatem,
 quæ in charitate consistit, scindendo. Secundò
 differunt, quia omnis hæreticus est etiam schismaticus,
 sed non vice versà. Tertiò, quia schisma est
 via ad hæresim, num. 2. Duobus modis schisma fieri
 potest, & tripliciter potest quis non parere velle S.
 Pontifici, n. 3. An is, qui se ab alio Episcopo, quam
 Urbis Romæ separat, sit schismaticus, n. eod. Ass. 3.
 Prima pænæ schismaticorum est excommunicatio,
 quam non incurunt, nisi propriè dicti schismatici,
 qui generaliter ab obedientia Papæ pertinaciter re-
 cedunt, ut Papa est, & Christi Vicarius, n. 4. Re-
 ceptatores verò, fautores, vel defensores schmatico-
 rum, hanc excommunicationem non incurunt, cir-
 c. n. 4. De Jure communi antiquo, schismatici, sine
 hæresi, non sunt excommunicati ipso jure, neque ab-
 solutè, & universim, n. eod. Secunda pænæ schisma-
 ticorum est inhabilitas ad beneficia, & dignitates Ec-
 clesiasticas, n. 5. Tertia pænæ est, quòd schismatici
 privandi sunt omnibus beneficijs, officijs, honori-
 bus, dignitatibus, & Prælaturis perpetuò, cunctis
 eorum bonis, & juribus confiscatis, c. Ad succiden-
 dos. unic. h. t. in 6. ubi id statutum fuit de duobus
 Cardinalibus schismaticis, n. 6. quæ tamen Consti-
 tutio postea revocata fuit à Benedicto XI. in Extra-
 vag. Dudum. unic. h. t. Inter Communes, n. 7. Nulla
 Jure Canonico statuta est pænæ privationis benefi-
 ciorum, ante schisma, obtentorum, quæ ipso jure
 incurritur. Neque irregularitatem aliquam incur-
 runt schismatici, n. 8.

Tomus F.

§. II. An Ordinationes, alique actus, seu gesta per
 schismaticos sint valida, & quam pænâ Juri in-
 currant, qui à schismaticis Ordines
 receperunt?

ASSERTIO I. Ordinationes factæ à schismaticis,
 & ab ordinatis ab eis sunt irritæ, & qui acceperunt
 dignitates Ecclesiasticas, vel beneficia ab eisdem, ca-
 reant impetratis. Alienationes quoque factæ de re-
 bus Ecclesiæ per schismaticos, vel laicos non valent,
 & res sine omni onere ad Ecclesiæ revertuntur: &
 qui præsumit facere contra prædicta, est excommuni-
 catus, & qui spontè jurat de tenendo schismate, à
 SS. Ordinibus, & dignitatibus sunt suspensi, c. 1. h. t.
 n. 9. Episcopus schismaticus verè, & validè Evcharis-
 tiam consecrat, Confirmationis Sacramentum con-
 fert, & Ordinis, dummodo in forma Ecclesiæ illa
 conferat. Item validè consecrat Tempia, Altaria, &
 vasa sacra. At verò potestatem jurisdictionis spiri-
 tualis, nec validè, nec licitè exercere possunt schis-
 matici, adeoque nec à peccatis absolvere, vel ex-
 communicare, leges ferre, vel beneficia conferre &c.
 quod tamen talis Prælati acquirunt Ecclesiæ, id te-
 net, n. 10. Assert. 2. Ordinatus ab Episcopo schis-
 matico, statim repellendus est ab officio, nisi legiti-
 mè probet secum esse dispensatum ab habente au-
 thoritatem, c. 2. h. t. n. 11. Cum tali verò ordinato
 solus Papa dispensare potest, n. eod.

SERIES CAPITULORUM.

IN ANTIQVIS.

- c. 1. n. 9.
 c. 2. & ult. num.
 11.

IN SEXTO.

- c. unic. n. 6.
 IN EXTRAVAGANTIBUS
 Communibus.
 Extravag. unic. n. 8.

TITVLVS IX.

DE APOSTATIS, ET REITERANTI-
bus Baptisma.

§. I. De Apostasia in genere, & in specie de Apo-
 stasia à fide, ejusque pænâ.

Ques. I. Quid sit Apostasia in genere, & quot
 sint ejus species? Resp. Apostasia in genere est que-
 dam defectio, seu recessus à DEO, & Apostata est
 Christianus, qui recessit temerariè à DEO: unde tres
 sunt species Apostasiæ. Prima perfidia, per quam
 à fide receditur. Secunda inobedientia, cum quis
 justis præceptis Prælatorum obedire recusat. Ter-
 tia est Apostasia irregularitatis, per quam receditur
 ab Ordine sacro, vel à Religione, quam quis profes-
 sus est, n. 1. Qu. 2. Quis sit, & dicatur apostata à
 fide, & quæ ejus pænæ? Resp. primò, Apostata à fi-
 de ille dicitur, qui in totum à fide Christi recedit,
 sive totaliter eam deserit, ut si Christianus fiat Ju-
 dæus, aut Turca, n. 2. Apostasia à fide est species in-
 fidelitatis, sed non essentialiter distincta ab heresi.
 Item omnis apostata à fide reipso est etiam hæreticus,
 sed non vice versà, omnis hæreticus est apostata
 propriè. Nam apostasia vel spectatur, quatenus est
 totalis recessus à vera fide, & tunc apostata propriè
 dicitur, qui Christum, & Christianam fidem penitus
 abnegat: hæreticus verò, qui non omnino, sed so-
 lum quoad unum, vel aliquos articulos à fide rece-
 dit. Vel apostasia consideratur, non quatenus est re-
 cessus

Bbb b 2

cellus